



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatvs De Conscientia, De Peccatis, De Legibvs, De Fide, Spe,  
Et Charitate

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

14 An cum de tua fide interrogaris, tenearis illam fateri.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](#)

8 Quinto confessio fidei est necessaria ad bonum proximi, quando credis ex omissione tua confessionis, aliquos fidem esse amissitos, & facta tua confessione firmos futuros esse. Item quando tua confessio occasio futura est aliquos ad fidem concurrendi; quia non solum ex charitate saluti proximorum illo in casu tenitis consultere, sed etiam ex fide teneri fidem in aliis promouere: quia fides non solum obligat subiectum, in quo est, ut fidei mysteriis firmatur assentit, sed etiam obligat ut procuret alios sic firmiter assentiri. Item qualibet virtus obligat subiectum in quo est, ut impedit, quod illi fuerint contraria: cum autem peccata contra fidem a quoquecumque commissa sint, fidei sunt contraria, efficiunt sancte obligatum esse ex fide se impedit, sic docet Coninch. disp. 15. dub. 4. num. 79.

9 Extra huiusmodi casus non reperio alium, in quo obligari fides ratione sui fidem profiteriatio tamen aliam virtutum lege obligat. Si enim ex charitate, vel iustitia teneatis proximum instruire de fidei mysteriis, iam inde obligaris fidem proficeri in illa enim instructio, professio fidei est. Item si ex religione debes sacramenta suscipere, & venerari, illa suscepito, & veneratio professio fidei est, & sic de religione vero si responsum declinare potes quin negator apparet.

## P V N C T V M X I V .

An cum de tua fide interrogaris, teneatis illam fateri.

- 1 Plures Doctores affirmant, si à potestate publica interrogari
- 2 Regulariter non es obligatus, si generaliter examinari, tamquam aliquando tenearis.
- 3 Si in particulari interrogari, non licet tibi negare, neque ita equinoce respondere, ut apparens fidei negator.
- 4 Secus verò si responsum declinare potes quin negator apparet.

1 R Ogari potes à Rege, & superiori proprio, vel extraneo, item rogari potes publicè, vel secreto, vel tandem rogari potes ab hominē priuato. Hac dissimulatione supposita.

Plures Doctores affirmant te obligatum esse fidem manifestare, quoties à potestate publica, quacumque sit, de illa rogari, etiam si secretō rogeris sī Valent. 1. 2. disp. 1. quaest. 3. p. 2. dub. 3. Banes ibi quaest. 3. art. 2. dub. 1. concl. 3. Azor. 1. 2. Institutionum moralium lib. 8. cap. 27. quaest. 1. Sanchez z. alios referens lib. 1. in Decalog. cap. 4. n. 6. & videtur expressa sententia D. Thomae 2. 2. quaest. 3. art. 3. Mouentur quia praeceptum confessionis tunc obligat, cum ex tua confessione magnum D. & fidei honor speratur; at ex confessione facta coram potestate publica hic effectus sperati potest. Ergo. Item nulla videtur efficacior occasio, neque magis opportunitum tempus fidem manifestandi quam illud, in quo de tua à potestate publica examinari. Ergo pro illo tempore praeceptum confessionis fidei obligat. Addit, si tunc renegas confidiri fidem, occidetem præbēs alii suscipiendi te non habere fidem, vel fidem non esse veram, & ad salutem necessariam. Teneris ergo, de subtrahere hunc honorem Dei debitur, fidem manifestare. Quod si ab aliquo priuato roges, afferunt supradicti Doctores, specialiter Bannes Azor, Sanchez z. obligatum non esse fidem manifestare. Excepte tamen Sanchez, & Valent, nisi persona grauis sit, eaque autoritate portari, quia presumere potes tuam manifestationem allatrum esse Deo magnum in fide honorum.

2 Pro resolutione aduentendum est examinari te posse singulariter, vel generaliter cum aliis; ut si dicieret Rex. Qui fuerit Catholici, manifestetur. Si generalis examinationis fidei, regulariter loquendo, non teneris te prodere, & fidem manifestare, sic Suarez de fide disp. 14. sect. 3. n. 6. fin. Cum Taberna verbis fides quia neque ratione præcepti Principis tenuis, cum hoc non obliget cum graui tua detimento, neque ex præcepto fidei negotiis quia inde non appetat te negasse fidem, sed solum occultasse, quod per te licitum est; neque etiam ex præcepto positivo fidei, quod non obligat, cum qualis Dei honor ex confessione acceptetur, & ex illius omissione subtrahitur, sed cum grauius, & magnus est: at ex tali manifestatione præsumi non potest grauem Dei honorem, & fidei exaltacionem esse futuram; immo potius præsumi potest occultatione fidem esse amplius promovendam, & fidèles occultos confirmandos. Ergo.

Dixi, regulariter loquendo, te non teneri prodere, quia aliquando teneris, videbile est, quando spectatis circumstantis, merito suscipiantur alii, te fidem deferere, quia tunc teneris fidem manifestare. Nam licet non teneris semper alii te fidem ostendere: teneris tamen non te posuisse ostendere infidelem: quando autem haec circumstantiae concurvant, prudentis arbitrio iudicandum est, quod iudicium defini po-

test ex casibus, quos recenset Coninch. disp. 15. dub. 5. 2 num. 712.

3 Verum si in particulati de fide rogeris, sic à Rege proprio, sic extraneo, sic à quolibet alio particulati, sic publicè, sic secreto.

Dicendum primò est nullo modo tibi licere verbis ambiguis, seu restrictione mentali facta, ita respondere ut appareas fidem negare: sic Valent. 1. 2. disp. 1. quaest. 3. p. 2. dub. 4. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. Sanchez. lib. 2. c. 4. n. 14. Coninch. disp. 15. dub. 2. n. 14. Et dub. 5. n. 10. Ratio est, quia negare fidem exteriori, etiam si cam animo retineas, cit extrinsecè malum, sed qui ita verbis illudit, ut audientes intelligent negasse fidem, ut in exteriori foro illam negat. Ergo hoc nulla ratione licet.

Dico secundo quoties infidelis Christianum rogar de fide ut cum hac de causa vexet, Christianus declinare potest confessionem, quin intelligatur fidem negare, non videtur teneri per se fidem manifestare, sed expresse tradit Coninch. 2. 2. disp. 2. dub. 3. concl. 6. num. 10. 9. cum Lorca. disp. 24. n. 1. 2. Probabo quia non videatur, qua ratione sub graui culpa teneatur hanc confessionem praefare. Non enim teneat ex præcepto principis infidelis, ut de se constat, neque etiam ex præcepto fidei; fides enim obligat negativo præcepto, ne te posuisse ostendas infidelem non prohibet te dissimulare fidem, sed te fidem esse occultare. Positivo autem præcepto solum obligat manifestare fidem quando id ad Dei honorem, vel proximorum falorum graviter conuenient. In præfensi autem non videatur subtiliter grauiter Dei honor, si sic celat fidem. Non enim, ut suppono, ex tua manifestacione infideles sunt concertandi, aut fideli dubi sunt constitundi, sed solum sequitur Principem & alios adstantes cognoscere te Catholicum esse, quod antea non cognoscabant: sed hæc cognitio præsepe per se spectata non est tanti momenti, ut videatur cum peticulo vitz teneri illam procurare, sicut etiam non rogatus, neque examinatus teneris fidem manifestare, ne Princeps, & alij intelligerent te infidelem esse quod est fallum, & contra communem viam in Ecclesia receptum plurimorum Martharum, quie fideles esse dissimulabant. Dixi non teneri per se fidem manifestare, sic rogatum, ex cuius declinatione non intelligitur fidem negare. Nam si hoc præsumi potest nulla ratione licet, ut dictum est in prima condicione. Ex precia autem taciturnitate hoc nullo modo intelligitur, sicut neque etiam intelligitur, si rogatus dices: Quid tua interest? quid me interrogas, hæc enim responsio potius est interrogantis contemptus quam fidei negotiatio, immo est quidam virtualis fidei confitatio, siquidem responsum iudicis gratiam negat. Addendum tamen est ratio posse Christianum sic interrogatum declinare responsum: & quia potest publica eum ad respondendam vexant, & quoties magis tacentem videat, accius excedat, & in graviora tormenta prouumperit, tam aduersus ipsum quam religiosos, quos sese deles existimat, eo quod existimat se esse contemptum.

## P V N C T V M X V .

Quando possis, vel teneatis fugere tyrannum in Christianos saeuentem.

- 1 Per se licitum est fugere tyrannum, ne te examineat neve tormentis exponat.
- 2 Aliquantum licitum est non fugere sicut tamen periculum vita immineat.
- 3 Regulariter obligatus es te occultare, & dissimulare, & quando hoc contingat.
- 4 Pastor, & prælatus fugere potes, si eubus satis prouisum sit, secus verò si illius præsencia grauiter oves indigent, quia tunc cum periculo vita teneris illis afflere.

1 Dico primum. De fide est per se licitum tibi esse fugere tyrannum, ne te fidei examinerit, neve tormentis exponat illo Matth. 10. Cum vos persequenter incitaret ista, fugite in aliam; & ex exemplo Apostolorum Petri & Pauli qui iam in carcere detinuti fugerunt: & præcepit examplem Christiani Domini, qui esti poterat absque fuga tyrannorum fæxitiam declinare fugit. Matth. 4. Ioan. 8. 10 & II. & multis exortat Nicolaus Papa in cap. 5. f. 1. & August. epist. 1. 80. ad Horat. & tract. 46. in Ioan. & alios. Ratio est, quia hæc fuga nullo modo præcepto positivo prohibetur, ut de se constat, neque naturaliter siquidem fidei non aduersatur, immo potius fidem promouere, & manifestare siquidem ob eius causam se fugare subdit, & existimari partitur. Ergo. Addit talem fugam sive conuenientem esse, tum ut tunc imbecillitatem prospicias, tum ut alio tum salutis adiutorium sis. Quod adeo verum est, ut etiam captus sis examinationi subiectus, adhuc licetum tibi est fugere tum quia D. Petrus sic fecit, & alii sancti martyres: tum quia fugiendo fidem manifestas, non negas, sic Suarez de fide disp. 14. sect. 3. n. 11. fine.

2 Dico